



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

abdedit. Credo ut nesciens, vel inuita heresis doceret eos in terris non separandos, quos calum fide, meritis, vitæque coniunxisset. Bruschius in eius vita.

VIII.

TREMONIA in MARCHIA, principe vrbis templo, DEPOSITIO S. REINOLDI MARTYRIS, SANGVINIS PALATINI, multarum & victoriarum, & virtutum ducis, vt in nobiliorem transfret familiam, non dubitauit COLONIÆ in sacrosancti PANTALEONIS Coetu purpuram cum ordinis habitu mutare, absolutum religiosæ & priscae sanctitatis speculum, quod ex pulchro flore pessima aranea inuidia venenato suo succo inficere conata est: dum enim instaret & architectos & operarios iustos, in domo Dei construenda tardiores verbis, exemplo, manu frequentius animaret, illâ pro domo Dei susceptâ curâ Fabri murarij, eorumque auxiliares operæ irâ accensæ alapis, verberibus colaphisque grauissimè sæpe sæpius contusum, aquis tandem suffocârunt. Corpus eius in fluuium abiectum à cælesti lumine, frequentique miraculo proditum est. *Rogandus hic Patro-*

nus

*mus, ut clientibus suis facem Catholica Religionis
perinde accendat. Ex Mart. P. Canis.*

VII.

Eodem die festum S. CANVTI Regis Danie
& Sclavonia Ducis, Regis Dacia Filij, &
Sanguinis Richeza heredis, qui pro Christj no-
mine ac numine testando sanguinem per ultima
supplicia A. S. M. C. XXX. expendit; & ab
ALEXANDRO eius nominis III. Pontifice Maxi-
mo, Cælitum Albo adscriptus est.

XI.

IN EYFLIA STEINFELDI *Instituti PRÆ-*
MONSTRATENSIS ABBATIA, Festa dies S. S.
Martyrum POTENTINI Diaconi, FELICIS Sa-
cerdotis, SIMPLICII Militis purpuratorum Christi
testium, quorum sacra Lipsana isthic pio popu-
li affluxu, colitur religiosè. ex Martyr. Canis. &
Lippeloo XXI.

EMBRICA *Vrbium CLLVIÆ facile princeps*
magno in Virginum Conuentu, cultu so-
lemni peragit Festum S. AGNETIS V. & M.
ibidem sacris Exuvijs & Patrocinijs nomine cele-
bris, quæ è prima nobilitate, vixdum annos nata

tredecim